Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



que est ex mortuis. Non quod iam
acceperim aut iam perfectus sim.
sequor autem si comprehendam in quo
et comprehensus sum a christo iesu
fratres mei. Ego me ipsum non ar
bitror comprehendisse ad huc unum
autem que quidem retro sunt oblivi
scens. ad ea vero que sunt prora ex
tendens me ipsum ad destinatum.
persequor ad bravium supne vocatio
nis dei in christo iesu. Quicumque ergo
perfecti sumus hoc sen
tiamus. et si quid aliter sapitis. et hoc
vobis deus revelabit. Verumtamen
ad quem pervenimus in idem sapiamus
et eadem permaneamus regula. Imi
tatores mei estote fratres. et obser
vate eos qui ita ambulant sicut ha
betis formam nostram. Multi enim
ambulant quos sepe dicebam vobis
nunc autem et flens dico inimicos cru
cis christi. Quorum finis est interitus
quorum deus venter est. et gloria in con
fusione ipsorum qui terrena sapiunt.
Nostra autem conversatio in celis est
unde etiam salvatorem exspectamus
dominum nostrum iesum christum. Qui re
formabit corpus humilitatis nostre con
figuratum corpori claritatis sue secun
dum operationem suam qua potest et
subicere sibi omnia. IIII
Itaque fratres mei karissimi et desiderati mei
gaudium meum et corona mea state
sic in domino karissimi. Euchodiam vo
co. et sintichen deprecor id ipsum sapere
in domino. Etiam rogo te germane
compar adiuva illas que mecum
laboraverunt in evangelio cum clemen
te et ceteris adiutoribus meis quo
rum nomina sunt in libro vite. Gau
dete in domino semper iterum dico gau
dete. Modestia vestra nota sit omni
bus hominibus. Dominus enim pe
est. Nichil solliciti sitis. sed in omni
oratione et obsecratione cum gratiarum
actione petationes vestre in notescant
apud deum. Et pax dei que exsuperat
omnem sensum custodiat corda vestra
et intelligentias vestras in christo ie
su domino nostro. Ceterum fratres
quecumque sunt vera. quecumque pudi
ca. quecumque iusta. quecumque
sancta. quecumque amabilia. quecumque
bone famie. si qua virtus. si qua laus
discipline. hec cogitate. que et didici
stis. et accepistis et audistis et vidistis
in me. hec agite et deus pacis erit vo
biscum. Gavisus sum autem in domino
vehementer quoniam tandem aliqui
reflorueristis pro me sentire sicut et se
debatis. Occupati autem eratis. non
quasi propter penuriam dico. Ego
autem didici in quibus sum sufficiens
esse. Scio et humiliari. scio et abundare
ubique et in omnibus instructus sum
et satiari et esurire. et abundare et pe
nuriam pati. omnia possum in eo qui
me confortat. Verumtamen vos bene
fecistis communicantes tribulationi mee
Scitis autem et vos fratres philippenses.
quidem in principio euangelii quando
profectus sum a macedonia. quia nul
la mihi ecclesia communicavit in ratio
ne dandi et accipiendi nisi vos soli